



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Eutropio eunucho primario, de lege quam tulit, & quo modo ex templo
retractus & occisus sit, & de obmurmuratione hinc aduersus Iohannem
Chrysostomum facta. Capvt VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

111

SOZOMENI HISTOR.

*De Eutropio eunucho primario, de lege quam tū-
lit, & quo modo ex templo retractus & occi-
sus sit, & de obmurmuratione hinc aduersus
Iohannem Chrysostomum facta.*

CAPVT VII.

Hic enim vt inter Imperatoris Eunuchos præcipuus
erat, ita & primus etiã & solus ex his quos quidẽ nos
vel cognouimus vel audiuius ad eam dignitatẽ e-
uectus fuit, vt & consularum adipisceretur, & Imperatori
patris loco reputaretur: sed quia neque præfenti potẽ-
tiã impendentia, neque contingentes humanarum rerum
vicissitudines considerabat, eos extrahere templis aggre-
diebatur, qui propter ipsum in his ad Deum confuge
supplices hærebant, in primis verò Pentadium Timagij
cõiugẽ, quẽ quidẽ potentẽ ac strenuũ ducẽ ille Tyrãnidis
affectatã condemnatum perpetuò apud Oasin Aegypti
exilio multarat. sed ille quidem siue, quòd siti defecerit, si
cut à quodam accipi, siue quòd veritus sit, ne quid si-
bi grauius accideret, arenis illic inuolutus repertus est
mortuus. Eutropij verò cura sancitur lex præcipiens ne
quis omnino ad Ecclesiam confugeret, & vt expelleren-
tur etiam illi, qui ad eam iam confugerant. Non multo
post autem ipse quasi Imperatoris coniugẽ contumeliose
tractasset ex insidijs impetitus primus ipse legem suam
præuaricatus est, & ex palatio profugus ad ecclesiam sup-
plex accurrit, quo quidẽ tempore splendidam sane ora-
tionem aduersus illum sub mensa sacra iacentem Iohan-
nes habuit. Tum vt potentum supercilia retunderet, tum
vt populo declararet quod humanarum rerum nihil in eo-
dem statu durare soleat: Hoc igitur factum, qui illi suc-
censebant calumniabantur, quod eum, qui de vita peri-
clitabatur, cum consolari debuisset, obiurgarit, calamita-
tibus eius insultans: Cæterũ Eutropius Impiã huius au-
daciã suã pœnas dedit, cum capite trũcatus sit: Et lex quæ
lata fuerat, ex publicis commentarijs proflus est erasa.
Ecclesia porrò laudabiliter proficiebat, vtpote cum De-
us ipse iniquitatis in illam intentatã vindex in tempo-
re sue-

re fuerit. Itaque & cultu diuino augebatur, multoque promptius ab hac causam populus Constantinopolitanus matutinis ac vespertinis hymnis utebatur:

Quo modo Iohannes Chrysostomus ad emulationem Arrianorum responsorias cantiones instituerit, & eius doctrina res Catholicorum succreuerit, quo modo sibi diuites insensos habuerit.

CAPVT VIII.

ETenim cum Arriani Theodosio Imperante vrbaniſ ecclesijs Constantinopoli priuati ante moenia conuentus agerent, noctu primum in publicis porticibus congregabantur, & in cœtus distributi alternatim & ad responsiorum modum canebant, & corollaria adijciabant in sectæ suæ gratiam composita: Sub auroram verò hæc publicè modulantes in eum locum abibant, in quo conuenire solebant: Atque hoc quidem faciebant tum in festis solennibus, tum in prima & vltima cuiusque septimanæ die. Ad extremum denique & litigiosas quoque cantiones adiiciebant, vbi sunt (inquentes) illi, qui tria numina vnã dicunt esse potestatem, & alia his consimilia suis hymnis immiscentes. Iohannes igitur veritus ne qui forte ex sua ecclesia pellicerentur populum suum ad consimilem canendi modum exuscitauit: & hî breui tempore illustriores facti, aduersè hæresis sectatores tum frequentia, tum apparatu superabant: Siquidem crucis argentea signa, facibus accensis eos præcedebant, & Eunuchus coniungis Imperatoris in hoc præfectus erat, vt & sumptus his rebus necessarios & hymnos procuraret: Hinc itaque siue inuidia moti siue vindictæ cupidi Arriani catholicos pugna adorti sunt, & vtrîmque nonnulli interficiuntur. Ac Brisson etiam (hoc enim nomen erat Eunuchus Imperatorio) in frontem lapide percussus: Imperator ita percussus huiusmodi Arrianorum conuentus abrogauit. Catholici verò ex huiusmodi causa ad prædictum modum canere exorsi, in hunc vsq; diem
ita per-